

*In foro Romano ad basilicam Iuliam rep. (VI 786 vidit Henzen). Lapidem stetit olim in atrio Vestae coniecit Iordan Top. I 2 p. 297. — 1) Pontificis maximi. — 2) De fictoribus pontificum cf. Marquardt Staatsr. II<sup>2</sup> p. 249 (item supra N. 456 sub fin., et infra inter titulos sacerdotum).*

**3315** Vestae sacrum | antistiti | praediorum | Helvidianorum.

*Romae in hortis quibusdam privatis, 'protome Vestae[?] colosseae magnitudinis' (VI 788 servavit Fabrettius).*

**3316** Vestae sacru[m] | P. Titius L. f., | P. Curtius P. f. Salas.<sup>1</sup> | IIIvir., de munere | gladiatorio | ex s. c.

*Canusii, basis quadrata (IX 326 vidit Mommsen). Gemellus est titulus basis, quam iidem quattuorviri ex senatus Canusini consulto posuerunt Fortumno (infra N. 3589). — 1) Curtii Salassi memorantur ap. Ciceronem ad fam. 6, 18, 2 (a. u. c. 709). Hieronym. chron. ad a. Abr. 1976 (a. u. c. 745), in titulis parietariis Pompeianis IV 1886. 1919, denique III 546.*

**3317** Vestae | Q. Cassius M. f. | Varus | v. s. l. m.

*Castelrotto prope Veronam, nunc Veronae (V 3919 vidit Mommsen). Alius quoque titulus Vestae in eadem regione repertus est (V 3920).*

**3318** Vestae Aug. | sacrum | M. Iunius Quir. | [Hi]spanus | Segoviensis<sup>1</sup> | testamento suo | fieri iussit. | Huic ordo Naevens.<sup>2</sup> | decreto locum | dedit.

*Hispani (Sevillae) rep., sed fortasse aliunde eo adlata (II 1166 vidit Huebner). Aliam dedicationem Vestae Augustae in Hispania factam habes II 3578. — 1) Cf. Hirtius bell. Alex. 57, 6; Huebner l. c. et suppl. p. 844. — 2) Cf. II 1048 cum nota Huebneri p. 135.*

*De Gallicis quibusdam titulis Vestae cf. ad N. 5294.*

**3319** Iano Ge|mino | Consuti. | Ianuarius | v. s. l. m.

*Rep. prope Wolfsberg in Carinthia in imo monte Saualpe (III 5092<sup>a</sup> vidit Wilmanns).*

**3320** Iano patri | Aug. sacrum | C. Iulius C. f. Ser.<sup>1</sup> | Aetor<sup>2</sup> aed., | donatus ab Ti. Caes. | Aug. f. Augusto torq. | maiore bello Delm|tico, ob honorem | Iviratus cum liberis | suis posuit.

*Patavii certe inde a saec. XVI, sed videtur adlata esse ex Dalmatia; iam Ateste (III 3458 vidit Mommsen). Etiam alias dedicationes Iano patri factas habemus ex Dalmatia (III 2881. 3030). — 1) Sergia tribus passim reperitur in Dalmatia (cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descr. p. 252). — 2) Cognomen alibi non repertum.*

**3321** Iano Aug. | sacrum | Cinius Genial|is pro salute o|rdinis sui et civi|um suorum si|mulacrum ti.<sup>1</sup> | reformavit ad|que restituit.<sup>1</sup>

*Aenonae (Nona) in Dalmatia (III 2969 servavit Cyriacus). — 1) Sic traditur.*

**3322** Pannicus | Phospori, | Primigenius | Primi | aram | Iauipatri | sua pec. f.

*Asisii (XI 5374 vidit Bormann).*